



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illustrium Virorum Poemata

Amstelodami, 1672

Heristallum Saxonicum, in ripa Visurgis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11215

HERISTALLUM
SAXONICUM,

in ripa Visurgis.

MEMORIÆ. SACRUM

SEU. TE. CÆRULEUS. PLACIDO. VEKIT. AMNE VISURGIS
SIVE. FACIS. TERRA. CARE. VIATOR. ITER
PARVA. MORA. EST. FAMÆ. RELEGAS. MONUMENTA. VETUSTÆ
ET. PRECOR. HÆC. PAUCIS. CARMINA. SCRIPTA. NOTIS
MAGNUS. 1 HERISTALLO. CAROLUS. DUM. SAXONAS. URGET
HIC. POSITIS. CASTRIS. NOMEN. HABERE. DEDIT
2 LEGATOS. HIEMANS. HIC. REGIA. DONA. FERENTES
AUDIT. ET. 3 NATOS. JUSSIT. ADESSE. SUOS
HIC. COEPTAM. RETULIT. FATO. MELIORE. CATHEDRAM
4 AD. VITREAS. PADERÆ. LENE. FLUENTIS. AQUAS
NON. TAMEN. OMNIS. HONOS. ABIIT. QUIN. ÆMULA. FRANCO
CERTAT. HERISTALLI. GLORIA. SAXONICI

FERDINANDUS. DEI. ET. APOSTOLICÆ
SEDIS. GRATIA. EPISCOPUS. PADERBORNENSIS
COADJUTOR. MONASTERIENSIS. S. R. I. PRIN-
CEPS. COMES. PYRMONTANUS. ET. LIB. BARO
DE. FURSTENBERG

HERISTALLI. SUI. IN. RIPA. VISURGIS. CAROLI. M. HIBERNIS
PIPINI. ET. LUDOVICI. FILIORUM. EJUS. CONVENTU. HUNNO-
RUM. ET. ASTURIÆ. GALLECIÆQUE. REGUM. LEGATIONIBUS
AN. DCCXCVII. CELEBRATI. MEMORIÆ. POSUIT

- 1 Astron. apud Reuberum. Adelm. Vita Caroli M. apud Pithæum. Poëta
anonym. nunc HERSTELL appellatur.
2 Annal. Francici apud Pithæum. Regino.
3 Astron. Vita. Caroli M. apud Pithæum. Adelmus. Regino.
4 Henricus de Hervordia. Chron. Mindenæ à Meibomio editum.